

CAPVT VI.

De Capro sive Caprisco.

TAB. XXIII.

7.

Aldrovand.
de Piscibus
l. 4. c. 8.

Caprum et Capriscum eisdem Sal-
vianus, diversos Rondeletius
facit. Maxima hic nominum affini-
tas, et uterque duram pellem habe-
re traditur. An vero *καπρίσκος*, *χοῖρος*
Strabonis, *ῥ* aliorum, et *μῦς* Oppia-
ni et Aeliani sint iidem, dubitari pot-
est. Equidem Athenaeus Aristotelis
κάπρον χοῖρον vocat; alii tamen *σκά-
φρον*, quidam *σκάρον* legi debere opi-
nantur, nonnulli *Chalcidem* piscem
vocalem et in dulcibus aquis habitan-
tem credidere. *Porcus* etiam Niloti-
cus Strabonis potius porca fluviatilis
minor est, piscis rotundus, spinis in
capite noxiis, *ῥ* vero *ψαμμάθιδα*, qua-
si in arena fodientem facit, quod ter-
restris suis more rostro arenam fodiat,
Numenius facit, eandemque cum *συκ-
κίον*, cui Simeon Sethi eas in nutrien-
do facultatis rationes attribuit, quas
alii fere Rhombo tribuunt, Aldrovand-
us posuit. Salvianus cum *καπρίσκω*
et *χοῖρῳ* eundem iudicat, *μῦν* denique
inter *σελάχη* seu cartilaginea Athe-
naeus ex Aristotele recenset, inter
quos, quis Caprum nostrum retulerit?
Athenaeus eundem cum Capris, cum
ait *καπρίσκος καλεῖται μὲν καὶ μῦς*, esse
censet. *Descriptionem ejus* ex Salvia-
no, eamque accuratissimam damus.
Caper, inquit, Molae piscis instar, *ca-
put* utrinque admodum compressum
habet: *Oculos* rotundos, atque in su-
perioris capitis parte locatos: *Os* par-
vum, et valde denticulatum: utraque
enim maxilla octonis dentibus vali-
dissimis, magnis, latis, non ferratis,
sed continuis, atque humanis simili-
mis munita est. *Branchias* utrinque
quaternas non osseo et deatriculato
(reliquorum squammatorum instar)
operculo sed cute contextas, nec la-
ta, sed modica scissura (Molae piscis
more) pervias habet. Nec si Aristot.
dicat: *Habent quibus paucissimae sunt,*
singulas branchias utrinque easque
duplices, ut κάπρος, (sive *Aper*, ut
Theodorus vertit) *aliis binae utrin-*
que sunt, alterae simplices, alterae du-
plexes, ut Congro. Suspiciari debemus
hunc nostrum piscem Congrum non
esse, cum neque etiam verum sit, quod

binae utrinque branchiae Congro sint.
Et propterea mirari potius convenit,
cur haec ita tradiderit Aristoteles.
Utrinque una tantum *pinna* et rotun-
da ad branchias conspicitur: nam illis,
quae in piscibus aliis utrinque in ven-
tre sunt conspicuae, caret prorsus. In
dorso fere medio tres, membrana inter
se juncti reperiuntur *aculei* robustissimi
et magni, quorum prior reliquorum
duorum triplus est, quosque omnes
non solum ubi vult, deprimit, sed in sul-
cum etiam osseum, in dorso ob id scul-
ptum, recondit. Depressi autem et re-
conditi uti quam facillime simul eri-
guntur, ita eorum unus duntaxat eri-
gi nequit. Et pari ratione erecti omnes
deprimi possunt, cum eorum unus ne-
queat; suntque ea arte fabrefacti, ut
cum prior et major quantumvis im-
pulsus deprimi nullo prorsus pacto pos-
sit: postremi tamen depressione, quae
facillima est, statim deprimitur, non
secus quam in arcubalistis vocatis, in
quibus parvo ac inferiori ferreo ve-
cte compressus, tensus ilico remitti-
tur arcus: ob cujus similitudinem hic
piscis noster Romae *Pesce balestra* vo-
catur. Et quod majore dignum est ad-
miratione, si postremus aculeus non
prorsus deprimatur, sicuti prior quo-
que proportionem duntaxat deprimi-
tur, sic ibidem etiam ita rursus confi-
stit atque obfirmatur: ut nullo impul-
su ulterius deprimi possit, nisi reitera-
ta postremi depressione. Hos ternos
aculeos *pinna* sequitur, ad caudam us-
que deducta. *Osse* autem valido, lato
et recurvo, ex cordis loco ad eam
ventris partem, quae e branchiarum
regione est primum reflexo, deinde
per ventrem sub cute usque fere ad po-
dicem extenso, ibidemque postremo
in acutissimum et conspicuum acu-
leum desinente, tota anterior ven-
tris regio roboratur atque munitur.
Quae vero inter praedictum aculeum
et podicem, ventris portiuncula relin-
quitur, plerisque aliis longe minoribus,
sed satis robustis atque ferratis acu-
leis armatur. A podice per ventrem
reliquum ad caudam usque alia singu-
laris *pinna* deducitur. *Cauda* quae non
sensim,